



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Epistolarvm Innocentii III. Romani Pontificis Libri Vndecim

Innozenz <III., Papst>

Parisiis, 1682

Narbonensi Archiepiscopo apostolicæ sedis Legato & suffraganeis ejus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-20020

NARBONENSI ARCHIEPISCOPO
& Episcopo Uticensi apostolice
sedis Legatis.

Epist. 168.
Commendat
eis eundem
Marcum.

ET si minimè dubitemus quin nuntios nostros quoslibet & in quibus convenit honoretis, quia tamen illos volumus propensius honorari quos pro suorum exigentia meritorum habemus inter alios cariores, pro iis affectuosis vos rogamus. Hinc est quod cum dilectum filium magistrum Petrum Marcum Subdiaconum nostrum correctorem litterarum nostrarum pro colligendis censibus Ecclesie Romane ac aliis negotiis destinemus, ipsum tanto vobis attentiùs duximus commendandum quanto & personam ipsius probitatis sue merito carius amplexamur & negotia ipsi committimus potiora. Ideoque fraternitatem vestram rogamus attentiùs & monemus, per apostolica vobis scripta mandantes quatenus eundem magistrum ob reverentiam apostolicæ sedis & nostram tamquam specialem nuntium nostrum habentes propensiū commendatum, impendantis ipsi consilium efficax & auxilium opportunum; ut ipse injuncta sibi negotia ope vestra suffultus valeat auctore Domino feliciter consummare, ac nos devotionem vestram merito commendare possimus. Datum ut suprā.

V NIVERSIS PRÆLATIS
Ecclesiastarum Ecclesie Romanae censualium
per Narbonensem, Arelatensem, Aquensem,
& Ebredanensem provincias, & Albien-
sem, Rutenensem, Caturensem, & Agen-
nensem dioceses constitutis.

Epist. 169.
De eadem re.

CVM dilectum filium magistrum Petrum Marcum Subdiaconum nostrum pro colligendis Ecclesie Romane censibus & aliis negotiis destinemus, universitati vestrae per apostolica scripta præcipiendo mandamus quatenus ipsum, qui sue merito probitatis nobis & fratribus nostris carus & acceptus existit, ob reverentiam apostolicæ sedis & nostram tamquam specialem nuntium nostrum recipientes benigne ac honorifice pertractantes, de censibus nostris faciat eidem in dioecesis vestris fideliter responderi; ita quod sollicitudinis vestra studium pareat in effectu, & nos devonem vestram debeamus exinde mentio commendare. Datum ut suprā.

NARBONENSI ARCHIEPISCOPO
apostolice sedis Legato & suffraganeis ejus.

Epist. 170.
Super eodem.

LICET summi patris familias exemplo, cuius vicem immeriti eodem gerimus

disponente, quod uni ex minimis nostris fit, nobis factum rationabiliter reputemus, illos tamen volentes propensiū honorari quos propria merita probitatis nobis advehunt carius amplexandos & honore constituant digniores, pro iis specialius devotis nostris, cum expedit, preces dirigimus & mandata. Cum igitur dilectum filium magistrum Petrum Marcum &c. ut supra usque destinemus, fraternitatem vestram rogamus attentiùs & monemus, per apostolica vobis scripta præcipiendo mandantes quatenus ipsum, qui sue merito probitatis nobis & fratribus nostris carus & acceptus existit, ob reverentiam apostolicæ sedis & nostram tamquam specialem nuntium nostrum recipientes benigne ac honorifice pertractantes, de censibus nostris faciat eidem in dioecesis vestris fideliter responderi; ita quod sollicitudinis vestra studium pareat in effectu, & nos devonem vestram debeamus exinde mentio commendare. Datum ut suprā.

In eundem modum scriptum est Archiepisco Arelatensi & suffraganeis ejus, Aquensi Archiepisco & suffraganeis ejus. In eundem modum suffraganeis & Capitulo Ebredanensis Ecclesie.

N O B I L I V I R O S I M O N I
de Monteforti Comiti Lecesterie,
Vicecomiti Bitterensi.

NOBILITATI tuae gratiarum dignas refertimis actiones quod, sicut dilectus filius frater Constantinus conversus Carru-siensis nobis exposuit, tu volens nobis in mille marcis argenti liberaliter subvenire, Raimundum & eliam de Caturcio fecisti juramento præstito corporaliter obligatus ut eas cui voluerimus nomine nostro per solvant. Ideoque devotionem tuam rogamus attentiùs & monemus, per apostolica tibi scripta mandantes quatenus dilecto filio magistro Petro Marco Subdiacono nostro correctori litterarum nostrarum, cui hoc duximus committendum, sine difficultate facias nostro nomine assignari. Datum ut suprā.

T O T I V S P R O V I N C I A E T
Montifessulanus, sancti Aegidij, & An-
latensis domorum militie templi magistris.

DEVOTIONEM vestram monemus attentè, per apostolica vobis scripta præcipiendo mandantes quatenus cùm à te aliam filio magistro Petro Marco Subdiacono nostro correctore litterarum nostra rum fueritis requisiiti, pecuniam quam vo- 173